

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Hermann Schuckmann Samuel König

## **Collegii Theologici Disputatio Quinta De Peccato**

Rostochi[i]: Kilius, 1648

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738368806>

Druck Freier  Zugang



R U. Nov. 1648

Schückmann Normam.


thy Forberges Dicx. III.

He. Grav. Dicx. IV.

Ket. i. Esben Johannes Dicx. II.

s. König Dicx. V.

A. Hellus Dicx. II.



COLLEGII THEOLOGICI  
DISPUTATIO QUINTA

35.

DE  
**PECCATO**

*Quam*

ADJUVANTE GRATIA  
SPIRITUS CHRISTI,

Cum Consensu Amplissimæ Faculta-  
tis Theologicæ, in incluta Universitate

Rostochiensi,

P R A S I D E

V I R O

*Plurimum Reverendo, Clarissimo atq. Excellentissimo,*

D N. HERMANNOS SCHUCK-  
MANNO, ss. Theol. Doctore & Professore  
Publico Celeberrimo, Præceptore & Promotore  
suo omni honoris cultu prosequendo

*Publicè in Auditorio Majori, die 13. Januarij*  
*Examinandam proponit.*

SAMUEL König/Annæb. Misn.

• 6[0] 6 •



ROSTOCHI,

*Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr. Anno 1648.*

COLLEGII THEOLOGICI

DISPUTATIO QUINTA

PRO FEGO A

ADIVANATE ET GESTA

SPIRITUS CHRISTI

Cum Cognitio Auctoritate

Expositio in Interius Universitate

FEGLICEN

VITIO

De Humanitate et Deinde de Genuina et Falsa

De Humanitate et Deinde de Genuina et Falsa

MAGNUS ET TECUM DEO PRAECEPTE

PRAECEPTE ET TECUM DEO PRAECEPTE

ET TECUM DEO PRAECEPTE

ET TECUM DEO PRAECEPTE

ET TECUM DEO PRAECEPTE

ET TECUM DEO PRAECEPTE

ET TECUM DEO PRAECEPTE

ET TECUM DEO PRAECEPTE

ET TECUM DEO PRAECEPTE

ET TECUM DEO PRAECEPTE

ET TECUM DEO PRAECEPTE

ET TECUM DEO PRAECEPTE

Rosdok

Digitized by Google

**P**ecatum legem violans turpissima res est,  
Utpote concilians supremi numinis iram.  
Illiū ingenium qui noscere ritè laborat,  
Hoc devitabit, ne Numinis attrahat iram.

Benevolentia Ergo Dn. Respondentii F.

Johannes Cothman, S. S. Th. D. & P.

**T**riste foret, fateor, si non objecta medela  
PECCATO, super hoc differuisse, tibi.  
Nunc, ubi per Christum victoria parta (sit ipsi  
Gratia!) latuſ-ovans reddere verba potes.

Cum gratulatione adscrib.

Dn. Respondenti

PRÆSES.

**Q**uam turpis res sit contracta ab origine la-  
Monstras nervosè, disseris, atq; tenes. (bes,  
Egregiè! Et felix meritò censendus Amice,  
Augmentum à mentem diminuente videns,

App:

M. Franciscus Rantzius,

Pomn.

Pecca-

**N**on DEUS , ast Satanas peccati dicitur ansa,  
Hic solus foedæ Causa, Paterq; notæ.  
Hic mala terrigenas agit in peccata misellos,  
Hic animos doctus fallere mille modis.  
Arbore contactâ primorum errore Parentum  
Cuncti jam peccant, omnis in orbe malus.  
**P**ulchra quidē quondam florebat Imago PARENTIS,  
Nec non Justitiæ dona tenebat Homo.  
Ast nunc peccati premit intolerabile pondus,  
Nunc astu Satanæ mixta profana sacris.  
De quâ materiâ jam, Præstantissime König,  
Ecathedral docte disseruisse placet.  
**L**audo conatum, Christus tua coepita secundet.  
Fiamine sidereo, ac os , animumq; regat.

Paucula bæcce ingratiæ DN. RESPONDENTIS  
amicè apponere voluit

*Heimradus Grapius, Tetrovio-  
Mecklenburg.*

**P**Ecatum licet admittere nemini,  
De quô multatamen dicere convenit:  
Quod primum est fuge, sextare sed alterum:  
Illud crimen habet, crimen abest ab hoc.

Paucula hac, haut paucæ conjunctissimæ necessitu-  
dini ergo adiecit

Fridericus Ehrenbusius, Thür:



DISPUTATIO VI.  
DE PECCATO in genere & specie.

§. I.

RESP:

 Ppositum Imagini Dei, & terminus re- SAMUEL  
parationis ac salvationis à quo, Peccatum est. Hujus König.  
variae occurunt appellations in sacris, quarum præ- Annab.  
cipiæ eæq; generaliores sunt 1. נָפָרָה נְאָפָרָה &c: Misnico:  
quibus respondet ἀμαρτία, significantes propriè  
declinationem seu aberrationem à termino vel me-  
tā præfixā (quomodo verbum נָפָרָה accipitur v.g. Jud. 20. v. 16.) Scopus  
autem à Deo determinatus ultimus, beatitudo divina; Orbita, Lex  
ipsius (Dei) est. 2. עֲוֹנִיה, notans curvum vel obliquum agendi  
modum, qui ut ab orbitâ deflectas, vel quo minus ad metam pertingas,  
facit 1. Sam. 25. v. 24. 3. עַבְדָּתָךְ אֲוֹנִיה Rom. 11. v. 26. dicens παρεβάσιν,  
transgressionem seu prævaricationem, cui inest παρεγνον; quæ conjun-  
cta cum mente obstinata, rebellio & ἀνοχεία vocatur Jes. 1. v. 2.  
4. עַרְשָׁה יְעֻשָּׁה inferens in specie malitiæ & habitum vitiosum, cui  
opponitur pietas, justitia, judicium Ps. i. Ezech. s.v. 6. Nota: Haec & præ-  
cedentes voce exponuntur in genere per ἀδικίαν καὶ ἀνοχίαν Ps. 45.  
v. 8 conf. Ebr. 1. v. 9. c. 8. v. 12. Rom. 4. v. 7. 5. בְּשָׂנָה cum quo convenit  
ἀφέλημα in hoc articulo (Matth. 6. & 18.) importans reatum cum  
connovatione iniquitatis sive inhærentis sive duntaxat imputatz  
Jer. 50. v. 7 Jes. 53. v. 10. prout sumitur & נָאָפָרָה ἀμαρτία (aliàs hostia)  
Lev. 4. v. 3. 2. Corinth. 5. v. 21. 6. παρεπίλωμα Lapsus, qui si involunta-  
rius, & respectu corruptæ naturæ quodammodo ἀναγκαῖος Rom. 7.  
חֵטָאת שְׁגָגָה נְשָׁרָה נְגָגָה: ἄγνοια ἀγνόημα erratum, occultum Lev. 5. v. 18.  
Ps. 19. v. 13. Si voluntarius vocatur רָזֶל elatio, temeritas, ὁραιότης,  
Deut. 17. v. 12. Prov. 21. v. 24. & in homine non resurgent ut fas est, in  
κακίαν, πνηγίαν πλεονεξίαν (magis magisq; peccandi cupiditatem)  
degenerat.

§. 2. Naturam Peccati exprimit vox ἀνοχία I. Job. 3. v. 4, notans dif-  
formitatem à lege, ceu voluntate Dei patefacta, quæ & natura inscripta &  
Decalogo perfectè comprehensa. Huic quicquid repugnat, vel ab hac  
dissentit, Peccatum est. Unde & agnitio peccati per Legem Rom. 3. v. 20.

E

ut potè

ut potè arguentem tum **materiale** illius, subiectum nempè vitiosum, tum **formale**, quod dupliciter consideratur, prout Lex ipsa primò quidem & per se ad obedientiam obstringit; deinde & consequenter sub conditione obsequii & impletionis vitam; vel illà deficiente oppositam vitæ mortem denunciat. Priori respectu formale peccati est ipsa disformatas, quæ absolvitur partim privatione bonitatis & perfectionis debitæ, partim succedente in locum hujus, vitiosâ qualitate. Posteriori motu seu reatus, qui & ipse omni peccato naturâ inest. Hic Q **num peccata sunt p. ria, an verâ alia aliis graviora?** Aff. posterior. Ratio sumitur 1. ex manifestis scripturæ testimonis qualia sunt v.g. Job. 19.v.11.1 Job. 5.v.16. Matt. 12. v. 31. 2. ex causis inæqualitatis. Sic aggravat peccatum partim dignitas, tum objecti, quatenus v. g. in Deum immediate committitur, tum personæ delinquentis, prout illa donis majoribus instructa est, partim malignitas, vel ratione principij, scientis volentis (quomodo horrendum magis, quod ex malitia, quam quod ex infirmitate proficiscitur) vel modi in intendendo, continuando, perseverando; vel damni emergentis præsertim communis & publici, (ita Protaglast. lapsus omnes vincit) vel deniq; iplius turpitudinis, quomodo v. g. abominandum magis adulterium quam fornicatio simplex &c. 3. ex disparitate pœnarum temporalium, vi ordinationis divinæ delictis commensurandarum Deut. 25. v.2. Erod. 21. c. 22. & passim in legē. 4. à conditione infernalis supplicij, ubi una quidem & communis damnatio æterna, & hæc vel minimo quoq; peccato non remisso debita, sed gradus cruciatuum diversi Matt. 11. v. 22.

§ 3. Causæ peccati in rœta sunt. 1. Propria creaturæ intellectualis voluntas, libertate arbitrij abutens, præscriptum perfectionis terminum transiliens, & ad oppositum illius eligendum sponte suâ declinans Job. 8 v. 44. Gen. 3. Prov. 1. v.24. &c. 2. ipsa naturæ corruptio & Ævi. Iu- pilia idic. Eph. 2. v. 1,2,3 &c. Jacob. 1.v.14,15. Externæ per se (1.) Diabolus Gen. 3. v. 1. seqq. Job. 8. v. 41. 44: (2) Homo Gen. 3. v. 6. Mattb. 18. v. 7. uterq; suadendo, impellendo suggerendo, obscurando &c. Per acci- dens (1) res creatæ, per se bonæ, sensibus objectæ, expetibiles Gen. 3. v. 6. Huc pertinet concupiscentia oculorum, concupiscentia carnis, superbia vitæ 1. Job. 2. v. 16 (2.) Lex Dei, per quam in sece sanctam, pec- catum antè mortuum, reviviscit, & sic occasionem sumit operandi im homine omnem concupiscentiam Rom. 7. v. 8,9, 11,12,13,14. &c.

§ 4. Certamen hic est circè causam peccati de Deo. **Assertio.** Deus pec- cati causa non est, h. c. nec volendo, approbando, multo minus decer- nendo

nendo, præcipiendo, promovendo, procurando, efficiendo ad peccatum concurrit Ps. s. v. 5, 6, 7. Fac. i. v. 13. Ratio, quia (1.) per essentiam bonus est Matth. 19. v. 17. (2.) omnis valde boni auctor & causa Gen. 1. v. 31, Fac. i., v. 17. (3.) Peccatum essentiali Dei justitiae ac voluntati, quæq; eadem interpretatur, Legi divinæ, simpliciter adversus est. Hinc perfectissimum intimum, naturale odium Dei נָשַׁׁעֲנִי וְאֶנְשָׁׁעֵנִי adversus peccata Ps. u. v. 5. & pendentes ex eo tot severæ prohibitions, increpationes, detestationes &c. in lege & Prophetis &c. (4.) eadem essentialis Dei justitia peccati acerrima vindicatrix est. Huc refer tot comminationes iræ, vindictæ, poenarum temporalium, æternarum, earumq; executiones horribiles, de quibus passim in historiâ sacrâ (5.) impedit Deus delicta, intericiendo obstatulum, & g. 1. Sam. 25. v. 33, 34. dissuadendo, dehortando, & sic peccatores à proposito malo retrahendo; qui est scopus scripturæ totius. (6.) idem (Deus) terminum dicit actionibus vitiosis, & pessimè à peccantibus cogitata, dicta, facta ad optimum finem vertit, pro salute generis humani & ostensione suæ ipsius glorie. vid. inter alia Job. ii. v. 50, 51, 52. &c.

S. 5. Objeicitur i. sine Deo nihil valere Creaturam, & distinguendo inter ipsum naturalem motum, & determinationem illius ad rem illis citam, adeoq; adhaerentem moui ἀταξίαν & deformitatem, quæ nullo modo à Deo est, sed à voluntate & corruptâ naturâ peccantis. ii. Deum pro omnipotentiâ suâ semper posse impedire malum, sive tollendo statim & in nihilum redigendo naturam peccantem, sive voluntatem invertendo & ad bonum præcisè agendum cogendo, & Dei potentia non adversatur ejusdem veritati, benignitati, justitia &c. quod omnino fieret, si vel libertatem in eligendo intellectuali naturæ admireret & sic ex voluntate non voluntatem faceret, ipsamq; adeo naturam creatam immutaret, vel non toleraret eandem aut conservaret, sive ad poenitentiam ex gratiâ, sive vi διωρυγίας ad sustinendam contumacibus debitam ponam. iii. Eundem indurare, tradere in sensum reprobum &c. & primo in genere: Induratio consideratur vel ut culpa & simul causa horribilium peccatorum subsequentium, & sic non nisi Diaboli & hominis impenitentis est, vel ut poena, & justum Dei judicium dicitur. Ita τοῦδε διδόναι εἰς ἀδόκιμον γάρ respectu Dei judicis nihil aliud est, quam deserere, abiicere, proprio judicio relinquere, dem verfehrtien Sinn übergeben z. in specie circa historiam v. g. Pharaonis distinctè consideranda i. ancedens, seria nempe voluntas Dei de dimittendo Israele, quam ostendunt tot gravissimæ commonefactiones Mosis & Aharonis (Legatorum

Dei) quibus si paruisse Pharao, reprobationem & interitum effugis-  
set. 1. consequens, ubi Deus, vi ultricis justitiae poenam dixit finaliter  
contumaci indurationem & exitium. Et hinc notetur i. propria contuma-  
cia, quâ seipsum Pharao indurasse dicitur, & hæc causa est induratio-  
nis judicariæ. 2. præscientia seu prævisio Dei, vi cuius futuram ejus in-  
expugnabilem maliciam statim in initio legationis prædixit. 3. promul-  
gatum ob id decretum justitiae Exod. 4. v. 21, 22, 23, c. 7. v. 3. quod tale est.  
*Indurabo eorū ejus;* i.e. non vult mitigari illud ullo modo, quod scio; esto  
itaq; durum nec emolliatur in perpetuum. 4. Finis, demonstratio poten-  
tiae, quam ut in contumaci ac indurato ostenderet, stare eum fecit, & sic,  
cum statim prosternere potuisset, excitavit Exod. 9. v. 16. Rom. 9. v. 17. Huc  
pertinet multiplicatio signorum Exod. 7. v. 3. Similis huic est historia  
Emororum Deut. 2. v. 26, 29. ubi præcedit, pacis denunciatio, sequitur  
induratio. De ceteris idem esto judicium. *Sic mittere efficaciam errorū*  
&c. *dare spiritum compunctionis* &c. est vi justitiae divinæ adjudicare per-  
tinacibus id, quod impœnitentia horum meruit, ita ut subtrahito tan-  
dem spiritu bono succedat malus, acturus in homine quicquid voluerit,  
resistente nemine. Undè & liquet, quo pacto verbum Domini aggra-  
re, excæcare & sic odor mortis fieri dicatur; Siquidem justo Dei judicio  
induratus, auditio postea verbo deterior subinde redditur, usq; dum  
omnem, quam habuit, scientiam amittat. *Jes. 6. Matth. 13.* Super tali  
enim ob antecedentem incorrigibilem contumaciam, vi voluntatis di-  
vinæ consequentis, sententia mortis dicta est. Huc refer i. Sam. 2. v. 25.  
*Obiicitur IV.* Locus 2. Sam. 16. v. 10. ii. R. sensus literalis hic est: quia  
convictarius erat Simeon; & verò Deus per ἀπομίναν hanc exercere vo-  
lēbat Davidem, proindè dixit convictori, ut Davidi malediceret. Ethoc  
dicere Dei idem est cum eo, quod legitur Job. 1. v. 12. c. 2. v. 6. & infert  
utrobiq; non nisi permissionem divinam. Idem sentiendum de iis, ubi  
Deus incitare dicitur ad malum: permittit enim ex justo judicio  
potestatem male agendi iis, quibus propositum est sic agere, quiq; ad  
hoc sua sponte se se offerunt. Adde distinctionem inter malum culpæ  
& poenæ; de quâ vid. Prov. 16. v. 4, 5. V. Deum peccato peccatum  
vindicando, uti poenam sic & culpam velle &c. R. Accurate distinguen-  
da est intentio & actio Dei ab intentione & actione peccantium, vide  
Act. 4. v. 27, 28. ubi notanter dicitur de crevissle Deus passionem filii ut  
ficeret, non ut facerent quæ fecerunt Judæi & gentes &c. Inquis. Negata  
Diaboli vel hominū actione, nec ipsam passionem sequi potuisse R. Da-  
mnat

sanati cruciantur à gloria roboris Domini 2. *Theſſ. 1. v. p. conf. Ps. 22. v. i. ſeq.*

§. 6. In SPECIE peccarum hominis dividitur in Primum & ortum à primo. *Primum* idq; actuale *Lapsus* Protoplastorum est. Hic observamus I. Causam, quæ non est conditio vel infirmitas naturæ ad peccandum disposita ex creatione, siquidem hæc valde bona erat, *Gen. 1. v. 31.* non divinæ gratiæ subtractio, cuius causa nulla: non decretum multò minus instinctus vel impulsus Dei secretior; nam quod sit decernente, ordinante, impellente Deo, nec iram nec vindictam meretur, eò quod immutabilis DEUS voluntati lux & sic sibi ipſi irasci nequeat *videſ 4, 5.* Sed causa lapsus hujus est Diabolus ſuggerens & homo eligens malum sub specie boni. II. Proceſſum ( cui omnis peccati imago inest ) ubi i. Diabolus versutus & callidus, aſſumpta ſerpentis corporei formâ, dubium facit verbum Domini *Gen. 3. v. 1.* Mulier sermoni illius attendens, incipit ipſa dubitare de ſententiâ verbi, nec opponit ſimpliciter majestatē ac veritatem dicentis, ſed objectionem tacitè movere metu mortis. Et hæc prima fuit ad malum inclinatio, orta ex abuſu libertatis arbitrii *v. 2, 3.* 2. objectionem iſtam ſolvit ſerpens, & insuper ſpeciōſum bonū mendax pollicetur. Hic mulier, ſepoſito verbo Domini, ſuprā ſe elata mentem applicat ad expetendum tale bonum, nec non oculos porro ad objeſtum extrinſecū, quod ſub ſpecie boni, jucunditate illius inefcata, concupiſcit. 3. Concupiſcentiam comitatut actus in accipiendo, comedendo. Atq; hinc 4. contracta statim deformitas & vitiositas in naturâ hominis, quam oſtentit, conſummatu peccato, apertio oculorum, h. c. maniſtatio contractæ jam ἀροπίδες καὶ ἀταξίας, quæ in ipſo concupiſcendi & peccandi actu non advertebatur, conf. *Jac. 1 v. 15.* Idem obtinet in lapsu viri, niſi quod hic non immediate à ſerpente ſeductus, ſed à muliere inductus peccavit i. *Tim. 2. v. 14.* *Gen. 3 v. 6.* III. Naturam & gravitatem, quæ aſtimatur non tam ex ipſo elu fructus vetiti, quam transgressione mandati divini, quod ſervatu in hoc facilimum erat. Unde & vocatur, τὸ δέλεατος, τὸ γένον *Rom. 5. Tim. 2. v. 14.* IV. Poenam, nempe Mortem ( totius naturæ corruptionem ) quam arguit ſensus nuditatis & ignomiニア; omniaq; corporis & animæ mala. Eſtq; duplex mors, corporalis & ſpiritualis. Ultrq; homo ſimul ac peccavit, mori coepit *Gen. 2. v. 17. 6. 3 v. 7.* &c: nec unquam defiſſet, niſi misericordia Dei stimulo & æternitati mortis ( quod omnis peccati originalis & actualis ſtipendium eſt *Rom. 5. v. 12. 6. v. ult. c. 8. v. 13.* ) benedictum ſemen oppoſuiſſet. Hinc & poena ſeductoris (Diaboli) & ſeminis ejus, quam adumbrat ſtatus ſerpentis corporei, mutatus & deformatus. *Gen. 3. v. 14-18*

S. 7. Ortum ex lapsu primorum parentum vel originale est vel actus  
peccatum. ORIGINALE dicitur, quod & initium habet in homine  
sub, cum, ab ortu ejusdem, & omnium actuum vitiosorum principium,  
& scaturigo est. In sacris appellatur בְּנֵי נָזְרֹת Ps. 25. v. 7. Gen. 8.  
v. 21, caro de carne Job. 3. v. 6. ἀμαρτία ἐνώπιον, κακὸν τῷ γενέμενον  
Rom. 7. v. 17, 21. caro Gal. 5. idem Ἀπόγευμα Jac. 1. ESSE tale peccatum,  
hoc est i. derivatam esse ex primo homine in universum genus huma-  
num laborem vitiosam cum reatu & morte, probatur ex Rom. 5. v. 12. ubi  
(1) principium a quo, unus homo, non exclusa muliere (2) Terminus ad  
quem mundus, supponens pro toto genere humano (3.) ipsum deriva-  
tum a μαρτίᾳ & illa mediante Γάρ αὐτῷ, transiens in omnes, (4.) Ratio;  
eo quod omnes peccarunt ( declinarunt) sub corruptione naturae in-  
omnes propagata (5) modus propagandi indicatur verbo intravit, expli-  
catur autem Gen. 5. v. 3. adde 1. Cor. 15. v. 22, 49, 50. II. Propagari malum  
hoc immediate in singulos, ex parentibus per generationem carnalem,  
demonstratur ex Ps. 51. v. 7. In Davide enim & ceteris hominibus una &  
eadem generationis ratio, non diversa concipi potest. Hinc notæ seqq.  
1. Principium hujus sunt pater & mater, ille implicitè, hæc explicitè po-  
sita 2. per בְּנֵי נָזְרֹת (nasci factus sum) significatur ipse gignendi actus  
conf. Ps. 29. v. 9. Jes. 66. v. 8. Sicut per בְּנֵי נָזְרֹת (incalescendo me fo-  
vit) actus concipiendi, vid. Gen. 30. v. 38 39. 3. Particula בְּנֵי נָזְרֹת  
& בְּנֵי peccatum & iniquitatem, non tantum ad generantem & concipi-  
entem, sed & maximè ad ipsam geniti & concepti massam, adeoq; ad  
totum generationis actum conf. Gen. 30. v. 41. Itaq; 4. sensus hic est: Ego  
genitus & conceptus, in & cum peccato genitus & conceptus sum. Et  
hoc est generari בְּנֵים אֶרְם Gen. 5. v. 3. quemadmodum ex opposito in  
& cum imagine Dei creatus homo dicitur, v. i. conf. c. i. v. 26, 27. Proinde  
iii semen ipsius tam viri quam foeminae, ex quo homo constat, corruptum  
& infectum esse peccato, & hoc per illud in foetum transferri, ejusq; pro-  
prium natura fieri, constat ex Job. 3. v. 6. Epb 2. v. 3. collatis cum Job. 1.  
v. 13. Job. 14. v. 4. Quodenim caro sumus & sic filij iræ & per consequens  
non filii Dei, inde est, quod ex sanguinibus, ex carne nati sumus, hoc est  
ex massa corrupta & immunda, adeoq; tali, quæ natura est sub irâ.

S. 8. Ex dictis patet descriptio peccati originalis, cuius subjectum est  
non tantum quivis homo, secundum communem naturæ cursum con-  
ceptus & natus Rom. 5. v. 12. (unus itaq; & solus excipitur Christus Ebr. 4.  
v. 15.

v. 15. 6. 7. v. 26 Job 8. v. 46. cuius conceptio miraculosa Matth. 1. Lus. 1.  
non Maria) sed & totus homo ejusq; corpus & anima cum potentis  
interioribus & exterioribus Rom. 7. v. 18, 24. Forma consistit in carentia  
justitiae & sanctitatis originalis, cum quæ conjuncta est inclinatio vi-  
tiosa, & sic materiale ejus Concupiscentia dicitur, quæ nullibi otiosa.

§. 9. Certamen hic est I. de existentia peccati originis, quam evictam  
vide §. 7. Obiicis; filium non portaturum iniquitatem patris Ezech. 18.  
v. 20. R. nō portat, nisi ipse sit consors factus vitij originis. lis (de quo ta-  
men h. l. sermo non est) inputatione & derivatione simul, quæ proprium  
filii id facit Jac. 1. v. 14. II. De Natura peccati; ubi *Assertio* I. con-  
trà errantes in excessu Peccatum non est ipsa hominis corrupti substanc-  
tia vel pars ejus essentialis, sed discrimen manet inter hanc & illud, tanquam  
inter opus Dei & opus Diaboli Gen 1.1. Job. 3. v. 3. Probatur i. ex Rom 7. v. 17,  
18, 20, 21, 22. ubi distinguit Apostolus diversa in se actionū principia, car-  
nem & mentem in interiorē 2. ab imagine Dei concreata (vid. Disp. 4.)  
& hujus privatio peccatum est. 3. à summis Dei operibus, quæ habent  
pro termino ad quem, proq; objecto formando, conservando, assumpto;  
redimendo, sanctificando, resuscitando, glorificando, non peccatum ori-  
ginis, sed lapsi hominis substancialiam. Obiicitur I. Scripturam uti voca-  
bulis substantialibus, ut sunt caro, vetus homo, σῶμα R. notatur his  
Substantia hominis, sed corrupta, & sic in concreto, ad designandam  
mali inhärentiam, congeriem, peccandi consuetudinem &c. ipsa corrup-  
tio principaliter ejusq; principium infertur. II. *Assertio contrà erran-  
tes in defectu*. Peccatum originis non est duntaxat reatus & debitum  
ex alienā (Adami) culpā, nec levis aliquis aut externus solum nāvus  
& macula, sed profunda natura & omnium virium corporis & anima  
interiorum & exteriorum depravatio Rom. 7. v. 18, 24. Et hinc rectè com-  
paratur cum leprā corporali. Sed has controversias fusi tractatas vi-  
de in F. C.

§. 10. Certamen III. est de Concupiscentia & Q. I. an sit & ipse pec-  
catum? Aff. Ratio quia pugnat cum lege Dei, & ab hac damnatur omnis  
inclinatio prava & sic ea etiam ad quam non accedit consensus, Exod. 20.  
Deut. 5. Rom. 7. 6. 13. Nec obstat I. peccatum demum à concupiscentiā  
gigni Jac. 1. R. significatur h. l. per peccatum ipse actualis motus, inordi-  
natus. 2. an detur in renatu talis propensio, quæ verè sit peccatum? Aff. ex  
Rom. 7. ubi notandum Paulum in hoc capite (de quo quæri solet) agere  
dicitur

de se ut renato. Obiicitur. Peccatum tolli per Baptismum. 2. distinguendo inter materiale (radicem) peccati, quæ manet, & formale idq; item vel antecedens (deformitatem ipsam) vel consequens (reatum) illa tegitur imputatione justitiae Christi. hic aufertur. Unde nihil damnationis in creditibus, in hac etiam vitâ Rom. 8 v. 1.

S. 11. Ex Originali peccato derivantur ACTUALIA omnia, quæ dices fructus arboris malæ ex Matth. 7. v. 18, Luc. 6. v. 43. 44. opera carnis Gal. 5. v. 19. &c: Suntq; cogitata, concupita, dicta, facta omnia, cū lege Dei pugnantia, in omitendo, committendo, nec tantum in exterioribus sed maximè interioribus cordis motibus versantia Matth. 5. c. 15, v. 19. Subjectum idem hic est quod originalis labis, & sic etiam infantes (teste scripturâ Gen. 6. v. 5. & experientiâ) sed citrâ rationis plenum usum.

S. 12. Dividitur peccatum actuale I. in regnans & non regnans. II. iudicium irregenitorum & eorum simul est, qui excusso Spiritu S. à luctâ desistunt. Hoc regenitorum, qui de admissis perpetuo dolent, occulta deprecantur & carni per spiritum Christi renuntuntur. Utrumq; sua natura mortale est. Posterior tamen personæ per fidem justificatæ, & nunquam non recumbenti in merito Christi, eoq; peccatis resistenti, reatum non assert & hoc respectu veniale dici potest. Rom. 7. c. 8. Ps. 19. II. in proprium & communicatione contractum I. Tim. 5. v. 22. Eph. 5. v. 7. Rom. I. v. 32. 2. Cor. 6. v. 14. &c. quod variè fieri potest. Et hinc participatio etiam ratione poenæ Matth. 23. v. 35. Est enim ut inter pios sic impios quoq; communio. III. in remissibile & irremissibile Matth. 12. v. 31, 32. Marc. 3. v. 29. ubi in specie ad remissibilia refertur peccatum, quo blasphematur filius hominis, sicut v. g. factum à Judæis in passione Christi, quorum plurimi procul dubio conversi sunt Act. 2. Irremissibile dicuntur PECCATUM IN SPIRITUM S. estq; malitiosa contra conscientiam & finalis blasphematio operationis Spiritus S. in quo cœu digito Deiternatur & perficitur ultimò omnis & patris & filij actio. Et hinc vocatur irremissibile, eo quod termino salutiferae operationis divinæ finaliter rejecto, impugnato, blasphemato, nihil relinquitur, quo remissio peccati hujus impetrari possit. Remedium tum peccato omni, tum morti oppositum, sufficiens, est Dominus justitia & vita nostra. In hoc applicando versatur operatio Spiritus S. & absolvitur Regeneratione, Renovatione, uovissima Immutatione I. Cor. 15. Illâ & istâ reatus peccati tollitur, & caro, mortificatis subinde operibus & concupiscentiis magisq; infirmatur. Hac totum quod peccati & mortis est, radicis aboletur, his qui sunt in Christo Jesu.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn738368806/phys\\_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738368806/phys_0015)





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock


[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn738368806/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738368806/phys_0016)



v.15. c.7.v.26 Job 8.v.46. cuius conceptio miraculosa M  
non Maria) sed & totus homo ejusq; corpus & anima c  
interioribus & exterioribus Rom. 7.v.18, 24. Forma consist  
justitiae & sanctitatis originalis, cum quā conjuncta est  
tioſa, & ſic materiale ejus Concupiſcentia dicitur, quā null

S. 9. Certamen hīc ēst I. de existentia peccati originis, q  
vide §. 7. Obiicis; filium non portaturum iniquitatem pa  
v. 20. Rē nō portat, niſi ipſe ſit consors factus vitij origini, li  
men h. l. ſermo non eſt) imputatione & derivatione ſimul, q  
filij id facit Jac. 1.v.14. II. De Natura peccati; ubi A  
trā errantes in excessu Peccatum non eſt ipsa hominis corr  
tia vel pars ej⁹ essentialis, ſed diſcriben manet inter hanc &  
inter opus Dei & opus Diaboli Gen. 1.1. Job. 3.v.8. Probatur i.  
18, 20, 21, 22. ubi diſtinguit Apoſtolum diuersa in ſe actionū p  
nem & mentem in interiorē ſe. ab imagine Dei concreta ſe  
& hujuſ privatio peccatum eſt. 3. à ſummis Dei operibus  
pro termino ad quem, proq; objecto formando, conservan  
redimendo, ſanctificando, reuſtitando, glorificando, non  
giniſ, ſed lapsi hominis ſubſtantiam. Obiicitur i. Scriptu  
bulis ſubſtantialibus, ut ſunt caro, vetus homo, ſt̄ma  
Subſtantia hominis, ſed corrupta, & ſic in concreto, ad  
mali inhaerentiam, congeriem, peccandi conſuetudinem &  
ptuo principaliter ejusq; principium infertur. III. Aſſertio  
nes in defētu. Peccatum originis non eſt duntaxat reat  
ex alienā (Adami) culpa, nec levi aliquis aut externus  
& macula, ſed profunda naturae & omnium virium corporis  
interiorum & exteriorum depravatio Rom. 7.v.18.24. Et hi  
paratur cum leprā corporali. Sed has controversies fuſiu  
dein F. C.

S. 10. Certamen III. eſt de Concupiſcentiā & Q. I. am  
carum? Aff. Ratio quia pugnat cum lege Dei, & ab hac dan  
inclinatio prava & ſic ea etiam ad quam non accedit conſe  
Deut. 5. Rom. 7.6.13. Nec obſtat i. peccatum demum à co  
gigni Jac. 1.8. ſignificatur h. l. per peccatum ipſe actualiſ  
matus. 2. an detur in renatu talis propenſio, que verè ſit pecc  
Rom. 7. ubi notandum Paulum in hoc capite (de quo qua



the scale towards document